



**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni
Præsertim Augustini, Et Thomæ Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Externis Regulis Amoris Et Morum, Legibus Utique, ac Præceptis
Virtutum Theologicarum, & Cardinalium, necnon Decalogi & Ecclesiae -
Libros Vndecim Complectens

Henricus, de Sancto Ignatio

Leodii, 1709

Caput XX. Grandis malitia reliquarum specierum peccati contra naturam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73203](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73203)

quid dixerit Filiutius) cum alia sit pollutio sacrilega, alia adulterina, alia incestuosa, &c. pollutio etiam, quam maritus & uxor in se invicem provocant, diversæ sit speciei à pollutione solutorum. Eò quòd maritus & uxor per eam dividant carnem suam contra fidem exigentiamque matrimonii. Ita Azorius p. 3. n. 339. & ipsemet (alioqui tam indulgens) Diana p. 11. tr. 8. resol. 36. Et idipsa docere videtur Augustinus supra, cum dicit: *Quod contra naturam est, execrabilius sit in meretrice, sed execrabilius in uxore.*

178 Eadem ratio esse videtur de pollutione, quæ conjugatus seipsum polluit, absque cooperatione compartis. Quia fides & status matrimonialis exigit ut quisque conjugum compartii servet castè corpus suum, neque eo utatur nisi ad matrimonii fidem, actumque conjugalem. Et idèò conjugatus, qui pollutionem commisit, in confessione exprimere debet statum conjugii sui; sicut statum conjugii sui exprimere debet, si sodomiam cum uxore commiserit. Quia in utroque casu injuriam magnam fecit, & matrimonio suo, & conjugi.

179 Notandum 6^o. illum etiam qui alieno adminiculo pollutionem procuravit, debere id exprimere in confessione, nec satisfacere dicendo: *passus sum voluntariam pollutionem, nisi addat, alieno adminiculo, v. g. tactibus alienis.* Aliàs non exprimeret se cooperatum peccato alieno. Non idèò tamen pollutio, alieno adminiculo procurata, absque affectu ad conjunctionem corporum, specie differt à pollutione propriis tactibus procurata; uti nec pollutio procurata tactibus viri specie differt à pollutione procurata tactibus feminae. Neque enim verum apparet quod nonnullus ait, pollutionem tactibus viri procuratam ex se, sive ex natura sua, intentioneque operis ad sodomiam ordinari; pollutionem verò procuratam tactibus feminae ex se ordinari ad fornicationem. Quia hoc ipse absque fundamento dicit, cum ex se, sive ex natura sua ordinabilis sit ad quodcumque placuerit procuranti. Et quamvis pollutio adminiculo feminae procurata, vel quæ quis se polluit inter femora ipsas, videatur frequenter fieri ex affectu copulæ cum ipsa, idèòque frequenter participare videatur malitiam istius affectus; pollutio tamen procurata tactibus alterius viri rarò procedit ex affectu copulæ cum ipso, sodomiticæ utique. Cum homines, licèt in pollutionem proclives, ut plurimum horrorem habeant sodomia.

CAPUT XX.

Grandis malitia reliquarum specierum peccati contra naturam.

180 **O**missio innaturali concumbendi modo, qui secluso periculo impediendæ generationis (quod periculum ut plurimum abesse Medici testantur) in conjugatis solum est veniale peccatum; inò nullum, si corporis dispositio aliter fieri non permittat. Secunda species peccati contra naturam, est quando in

concumbendo cum persona ejusdem speciei, sed alterius sexus, non servatur debitum vas, ut dum vir feminam cognoscit in vase præpostero, vel alio vase, seu modo monstruoso, quem pudor exprimere non permittit. Estque procul dubio valdè grande peccatum.

Tertia species est *sodomia*, quæ est copula carnalis inter personas ejusdem sexus. Neque enim ad eam amplius requiritur S. Thomas, secundum cujus doctrinam circumstantia vasis indebiti spectat ad secundam speciem peccati contra naturam, non ad tertiam. Unde concubitus feminae cum femina, licèt in vase naturali, est sodomia, non concubitus viri cum femina in vase præpostero; quem in secunda specie collocat S. Doctor.

Sodomiticum porò peccatum, antonomastice *nefandum*, seu *indicibile* dicitur; eò quòd malitiam ipsius lingua exprimere non sufficiat. In illud veteres Philosophos corruisse Rom. i. dicit Apostolus, Deo id permittente in penam superbiæ & idololatriæ ipsorum. Propterea namque Deus tradidit illos in desideria cordis eorum, in immunditiam... in passionem ignominiam. Nam & femina eorum immutaverunt naturalem usum in eum qui contra naturam est. Similiter & masculi, relicto naturali usu feminae, exarserunt in desideris suis in invicem, masculi in masculos turpitudinem operantes.

Et quamvis adèò immane sit hoc vitium, ut contra illud Os aureum Homil. 4. in epist. ad Rom. meritò exclamet: *Quid enim viro corpus suum meretricio more prostituente abominabilis? Quid sceleratus? O vos & bruis insipientiores, & cibus impudentiores! Nusquam enim hujusmodi congressus apud illos, sed agnoscit proprios terminos natura. Vos autem genus nostrum infamius brutorum genere effecistis; tanta nihilominus Gentilium illorum cæcitas fuit, ut illud à viris ingenuis commissum pro peccato non haberent (licèt servis non permitterent) eique deditos viros optimos existimarent, v. g. Trajanum Imperatorem, qui (Dione teste) Sodomita fuit; novis tamen Principibus acclamare solebant, Augusto felicior, Trajano melior.*

Sciendum tamen 1^o. quòd dum peccatum istud detestabile inter casus servatos ponitur, sodomia illa intelligitur, quæ personam ejusdem sexus committitur. Sylvius ubi sup. a. 12.

2^o. dum persona conjugata peccatum istud committit, in confessione conjugii sui statum exprimere debet. Ob injuriam magnam per illud conjugio suo & conjugi illatam. Et idem est proportionaliter dum consanguinei & affines illud inter se committunt; dum etiam femina virgo cum femina illud committere non erubescit.

3^o. in confessione quoque exprimendum, an fuerit sodomia perfecta, id est inter personas ejusdem sexus; an imperfecta, quæ vir feminam in vase præpostero cognoscit. Ob differentiam specificam utriusque; prior enim ad tertiam, posterior ad secundam pertinet.

187 4^o. confitens juxta Card. de Lugo, & plerofque alios, fimiliter exprimer debet fueritne agens, an patiens: vel quia agens committit pollutionem, non patiens qua talis; vel quia turpiter agens multò criminofior est eò qui patitur. Sed contra est quòd agens & patiens ad idem crimen sodomix concurrant per modum unius caufæ totalis, ficut agens & patiens ad idem crimen fornicationis. Quemadmodum ergo fornicatus in confessione exprimer non debet, an agens fuerit, an patiens. Ita fimiliter, &c. Paffus tamen sodomiticam pollutionem propriam, ultra cooperacionem ad pollutionem agentis, id exprimer debet: quia pollutio illa fpecie differt ab actu sodomitico alterius; ex quo licet nata fit fequi, non idèò confitenda non est dum de facto fecuta est, utpote in fe etiam mortiferè peccaminofa.

188 5^o. sodomita jure civili pœnâ ignis punitur, juxta Codicem Theodofianum L. 9. tit. 7. Pœnâ verò capitis juxta Authenticam ut non licet contra naturam Collat. 6. Juxta Canones verò Laicus sodomita excommunicandus est, cap. Clerici de excess. prælat. Clericus autem privatur omni privilegio clericali, officio, beneficio, dignitate; atque infuper degradatur, brachioque fæculari traditur, juxta Bullam Pii V. quæ incipit *horrendum illud scelus*. Quod tamen plerique Doctores intelligunt de Clerico horrendum illud scelus committente frequenter, vel faltem (ut Cherubinus & Cevallos) bis vel ter: quia in Bulla illa folùm nominantur *exercentes sodomiam*; quo nomine venire non putant eum qui femel dumtaxat eam commiffit. Quidquid

de eo fit, tales de Clero dejici, vel ad agendam in Monasteriis pœnitenciam detudi jubet Leo X. Bullâ *Superna*.

Quarta fpecies peccati contra naturam est *bestialitas*, ad quam (ut fuprà dixi) reduci- tur concubitus cum dæmone, five incubo, five fuccubo. Quod peccatorum horribilium contra naturam est horribiliffimum, cum fit concubitus non folùm cum vivente alterius fpeciei, fed & cum capitali hoſte Dei, totiufque generis humani.

De beſtialitate itaque diſſerens S. Thomas 190 ubi fuprà ad 4. docet, quòd *inter vitia, quæ funt contra naturam, inſimum locum tenet peccatum immunditie... Graviffimum eſt peccatum beſtialitatis: quia non ſervatur debita fpecies. Unde ſuper illud Genef. 6. 37. "accuſavit fratres ſuos crimine peſſimo," dicit Gloſſa, quòd cum pecoribus miſcebantur. Poſt hoc autem eſt vitium sodomiticum; cum ibi non ſervetur debitus ſexus. Poſt hoc autem eſt peccatum ex eo quòd non ſervatur debitus modus concubendi; magis autem ſi non debium viam, quam ſi fit inordinatio ſecundum aliqua alia pertinentia ad modum concubitus.*

In beſtialitatis confessione, quæ locorum 191 Ordinariis communiter reſervatur, necelle non eſt dicere cum qua beſtia. Sed omninò exprimendum, ſi cum dæmone, ob nimis horribilem immanitatem, & irreligioſitatem, quæ (præter beſtialitatem) eſt in iſta execrabili ſocietate. Inter Canones pœnitenciales Juri Canonico inſertos decimus fic habet: *Qui coierit cum brutis, pœniteat pluſquam ſeptem annis.* Levitici verò 20. fic habetur: *Qui cum jumento & pecore coierit, morte moriatur, pecus quoque occidite.*

P A R S V I I.

Amor aliena nec furriprens, nec concupifcens.

Ad ſepſimum præceptum: Non furtum facies.

Et decimum: Non concupifces rem proximi tui.



Inſinitus Dei erga homines amor in tota ferie divinatorum præceptorum elucet. Nam & per præcepta primæ tabulæ Deus amari quidem vult ab homine, fed ut beatos faciat amatores ſuos. Scit enim ipſo amore beatos eſſe qui ſe amaverint, ut Melliffius Doctor loquitur ſeim. 83. in Cant. Scit etiam verè ab Amoris Doctore Auguſtino dictum (in Pfal. 31.) *pigri, mortui, deteſtandi, miſeri eritis, ſi non amemus, non peritura & caduca bona, fed ſempiterna; non terrena, fed caeleſtia. Ideò namque per Apotolum ſuum Coloff. 3. dicit: Quæ ſurſum ſunt querite, ubi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens; quæ ſurſum ſunt ſapite, non qua ſuper terram. O anima! ait rurfum Auguſtinus in Pfal. 102.) erige te, tanti vales!.... Summum bonum, hoc eſt unum bonum.... Sunt*

Tom. II.

& inferiora bona, quæ aliis & aliis bona ſunt. Pecori quid bonum eſt, fratres, niſi implere ventrem, carere indigentia, dormire, geſtire, vivere, ſanum eſſe, generare.... Tu tale bonum queris?... Cohæres Chriſti, quid gaudes: quia ſocius es pecori? Erige ſpem tuam ad bonum bonorum omnium. Dic ei, qui ſatiet in bonis deſiderium tuum, quaſi (proſequitur Auguſtinus) quaſi reſponderet anima: Non ſatiabor de mortalibus, non ſatiabor de temporalibus, aliquid æternum donet, aliquid æternum concedat: Sapientiam ſuam det mihi, Verbum ſuum mihi det, Deum apud Deum, & ſe Deum Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum.... Novus quid mihi ſufficiat.... Oſtende nobis Patrem, & ſufficiat nobis. Propterea ergo fædarum voluptatum concupifcenciam ſexto & nono præcepto, temporalium quoque bo-